Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26092
Copyright: Admont, Benediktinerstift

est aut apollo. Quid uero paulus. Ministri cuius cui credidistis. et unicuique sicut dns de
dit. Ego plantauit. apollo rigauit. et hoc quod sicut unicuique dns dedit. non uniq; de suo.
Iam uero quod sequitur sed ds incrementum dedit. non pillos sed p se ipsum fecit. Excedit
hoc humanam humilitatem. excedit angelicam sublimitatem. nec omnino p tunc nisi ad
agricolam trinitatem. Iam uos mundi estis. Mundi scilicet atq; mundandi. neq; enim
nisi mundi esset fructum ferre potuissent. et tamen omnem qui fert fructum purgat
agricola. ut fructum plus afferat. Est fructum quia mundus est. atq; ut plus afferat
purgat adhuc. Iuis enim est in hac uita sic mundus. ut non sit magis magisq; pur
gandus. Vbi si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos seducimus. et ueritas in
nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nra. fidelis est et iustus qui dimittat nobis
peccata. et mundet nos ab omni iniquitate. Mundet utq; mundos hoc est fructuosos.
ut tanto sint fructuosiores. quanto fuerint mundiores. Iam uos mundi estis. ppter
uerbum quod locutus sum uobis. Iuare non ait. mundi estis. ppter baptismum quo abluti
estis. sed ppter uerbum quod locutus sum uobis. nisi quia et in aqua uerbum mundat. Detrahe
uerbum. et quid est aqua. nisi aqua. accedat uerbum ad elementum. et fit sacramentum etiam ip
sum tanquam uisibile uerbum. nam de hoc utq; dixerat. quando pedes discipulis lauit.
qui totus est non indigere. nisi ut pedes lauet. sed est mundus totus. Vnde ista tanta
uirtus aque ut corpus tangat. et cor abluat nisi faciente uerbo. Non quia dr. sed quia
creditur. nam et in ipso uerbo aliud est sonus transiens. aliud uirtus manens. Hoc est
uerbum fidei quod pdicamus ait apls. quia si confessus fueris in corde tuo quia dns es
ihs. et credideris in corde tuo quia ds illum suscitauit a mortuis. saluus eris. Corde
enim creditur ad iustitiam. ore autem confessio fit in salutem. Vnde in actib. aplorq; legitur. fide
mundans corda eorq;. Et in epla sua petrus. sic et uos in qm saluos facit baptisma. non
carnalis depositio sordium. sed conscientie bone interrogatio. Hoc est uerbum fidei quod